

LATERCULUS PRAESIDUM

Provinciae Noricae

Hunc laterculum praesidium provinciae Noricae non solum procuratorum sed etiam legatorum temporis ordine redactum edo. Quae praecedentibus et feminis et viris doctis M. B. P e a k s (The general civil and military administration of Noricum and Raetia, Chicago 1907), E. R i t t e r l i n g (RE XII, 1925, 1475 sqq.), E. P o l a s c h e k (RE XVII, 1936, 971 sqq. et RE Suppl. VII, 1940, 583 sq.), H. — G. P f l a u m (Les carrières procuratoriennes équestres sous le Haut-Empire Romain, Paris 1960/61), debeo, brevitate causa non nominatim significo, quia enim omnia communia sunt.

In opusculo meo „Die Reichsbeamten von Noricum und ihr Personal bis zum Ende der römischen Herrschaft“ inscripto, quod hoc anno sub cura Academiae Scientiarum Vindobonensis emittendum est, omnes quaestiones, quae ad administrationem provinciae pertinent, diserte explicaturus sum.

1. Procuratores Augusti:

C. Baebius Atticus (PIR² B 11; RE II 2730, n. 21). — Claudius. — *procurator Ti. Claudii Caesaris Aug. Germanici in Norico* CIL V 1838 = D. 1349; cf. CIL V 1839, *Iulium Carnicum*. — PFLAUM I 27 sq., n. 11.

Petronius Urbicus (PIR P 240; RE XIX 1230, n. 82). — Ineunte a. 69. — *proc. August[i]* CIL III 11551, *Virunum*; *adversus Petronium Urbicum procuratorem* Tac. hist. 1, 70, 2.

Sextilius Felix (PIR S 459; RE II A 1036, n. 21). — (*Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus*) Tac. hist. 3, 5, 2; cf. 4, 70, 2.

A. Trebonius (RE VI A 2273, n. 4). — I. saec. exeunte? — *proc. [Aug.]* CIL III 4810 = D. 4864 = Jantsch, ÖJh. XXIX (1935), Beibl. 261 sq. = AE 1936: 83, *Virunum*.

Fortasse idem ac Trebonius Garutianus, qui fuit procurator patrimonii provinciae Africae a. 68 Tac. hist. 1, 7, 1; Plut. Galba 15.

(L. Clodius Iustus) Egnatius Priscus (PIR² E 27; RE Suppl. IX 34, n. 29 a). — C. a. 100. — *proc. Aug.* CIL III 11759, *Iuvavum*.

T. Prifernius Paetus Memmius Apollinaris (PIR P 690; RE XXII 1967 sq.). — Inter a. 107 — 117. — *proc. prov. Noricae* CIL IX 4753 = D. 1350, *Reate*; *proc. Aug.* CIL III 5179, *Virunum*. — PFLAUM I 166 sq., n. 71.

Q. Caecilius Redditus (PIR C 71; RE III 1231, n. 104). — Post a. 122. — *proc. Aug.* CIL III 5163, *Celeia*. — PFLAUM I 225 sq., n. 97.

Claudius Paternus Clementianus (PIR² C 953; RE III 2840 sq., n. 262). — C. a. 125. — *proc.* [Au]g. *provincia[rum]. . . et [Noricae]* CIL III 5776 = D. 1369, cf. 5775. 5777, *Abudiacum*; *proc. Aug.* CIL III 14362 sq., *Virunum*. — PFLAUM I 354 sqq., n. 150 bis (61).

Plautius Caesianus (PIR P 349 sq.; RE XXI 43 sq., nn. 51, 55). — C. a. 133. — *proc. Aug.* CIL III 5177, *Celeia*. — PFLAUM I 271 sq., n. 111.

C. Censorius Niger (PIR² C 658; RE III 1910, n. 1). — Post a. 135. — *proc. Aug.* CIL III 5174, 5181, *Celeia*. — PFLAUM I 226 sqq., n. 97 bis.

[C]aecilius [Iu]ventianus (PIR² C 52; RE III 1201, n. 59). — Antoninus Pius. — *proc. Aug.* CIL III 5182, *Celeia*.

Drusius Proculus (PIR² D 197; RE V 1742). — Ante a. 152. — *proc. Aug.* CIL III 5170, *Celeia*.

Q. Lisinius Sabinus (PIR L 196; RE XIII 730). — Ante a. 152. — *proc. Aug.* CIL III 5167, 5168, 5175, 5176, *Celeia*.

G. Rasinius Silo (PIR R 21; RE I A 255, n. 1). — Ante a. 152. — *proc. Aug.* CIL III 5165, *Celeia*.

C. Antistius Auspex (PIR² A 756; RE I 1548, n. 28). — Ante a. 152. — *proc. Aug.* CIL III 5173, *Celeia*.

T. Flavius Titianus (PIR² F 378, 386; RE VI 2620 sq., nn. 195, 198). — C. a. 152. — *pro.* (vel *pr.*) *Aug.* CIL III 5164, 5172, *Celeia*. — PFLAUM I 362 sq., n. 154.

Ulpius Victor (PIR V 578; RE Suppl. XI 1277, n. 18). — Inter a. 154 — 158. — *proc. Aug.* CIL III 5161, 5169, *Celeia*. — PFLAUM I 385 sq., n. 159.

Usienus Secundus (PIR V 689; RE Suppl. IX 1869). — A. 158. — *proc. Aug.* CIL III 5162, 5166, *Celeia*; cf. CIL III 11826, *Lauriacum*.

M. Bassaeus Rufus (PIR² B 69; RE III 103 sq., n. 2). — C. a. 160. — *proc. regni No[ri]ci* CIL VI 1599 — 31828 = D. 1326, *Roma*, cf. [*proc. Au*]g. CIL III 5171, *Celeia* — PFLAUM I 389 sqq., n. 162.

Sex. Baius Pudens (PIR² B 36; RE II 2781 sq.). — C. a. 162. — *proc. Aug.* . . . [regni] *Norici* CIL IX 4964 = D. 1363, *Cures*. — PFLAUM I 422 sqq., n. 173.

[A]jelius Maxim[us] (RE Suppl. IX 2, n. 92 a). — Inter a. 161 — 169. — [*p*]roc. *Augg. nn. r(egni) N(orici)* CIL III 11543, *Virunum*.

Ti. Claudius Priscianus (PIR² C 977; RE III 2845 sq., n. 285). — A. 168. — *proc. regni Norici* CIL VIII 9363 = D. 1351, *Caesarea*; cf. *proc. Aug.* Kubitschek, JA VI (1912), 209 sq., *Virinum*. — PFLAUM I 438 sqq., n. 175.

? — Post a. 169. — *procurat[or Aug.]* Egger, *Carinthia CXXXVI/VIII* (1948). 268 sqq., *Virinum*.

Incertus

. . . P I. . . (PIR An. 82). — Antoninus Pius vel prius?? — [*proc. prov.*] *Nor(icae)* ?? CIL XII 1857, *Vienna*.

Inter procuratores provinciae Noricae non sunt recipiendi:

L. Cammius Secundinus (PIR² C 370; RE III 1433). — *proc. Aug.* (provinciae ignotae) CIL III 5328, *Flavia Solva*. — PFLAUM I 259 sqq., n. 108.

C. Antonius Rufus (PIR² A 871; RE I 2637 et Suppl. I 97, n. 95). — *proc. Aug.* (provinciae ignotae) CIL III 14353 sq., *Poetovio*, cf. CIL III 5117, *Atrans*. — Constat eum fuisse *praef. veh(iculorum) et cond. p(ublici) p(ortorii)* CIL III 13283 = D. 4225, *Senia*; cf. CIL III 14353 = D. 4245; 14353 = D. 4244; CIL III 5122; CIL V 820, quae omnes ad administrationem *publici portorii Illyrici* pertinent. — PFLAUM I 358 sqq., n. 151.

2. Legati Augusti pro praetore:

C. Memmius Fidus Iulius Albius, cos. suff. 191 vel 192 (PIR M 340; RE XV 623 sqq., n. 25). — A. 191. — *leg. Aug. pr. pr. cos. des.* CIL III 15208 = D. 9082, *Lauriacum*; *leg. Aug. pro pr. prov. Noricae* CIL VIII 12442 = D. 1110, *Vina*; cf. CIL VIII 25527, *Bulla regia*.

M. Iuventius Surus Proculus, cos. suff. a. ignoto (PIR² I 889; RE X 1369 sq., n. 24). — A. 201 (usque ad a. 205 ??). — [*leg. Augg. pr. pr. cos. d[esig]*]. Groller, RLiÖ X (1909): 106 = AE 1909: 248 = Bormann, RLiÖ XI (1910): 131 = AE 1912: 292, *Lauriacum*; *leg. pr. pr.* in nonnullis milliariis Noricis (CIL III 5712, 5715 — 11835, 5717, 5723, 5746, 5747 — 11842, 5749 et aliis nondum recte editis).

Pollienius Sebennus (PIR P 411; RE XXI 1409, n. 5). — A. 206 — [*leg. Augg. pr. pr.*] CIL III 5537, *Iuvavum*; cf. Dio 76, 9, 2—3.

P. Cadius Sabinus, cos. suff. 208 vel 209, cos. II ord. 219 (PIR² C 571; RE III 1793, n. 10). — Inter a. 206—208. — [*leg.*] *Augg. pr. pr.* CIL III 5727, *Iuvavum*; cf. Dio 76, 9, 2—3.

M. Munatius Sulla Cerialis, cos. ord. 215 (PIR M 538; RE XVI 555 sq., n. 40). — Ante a. 215 — *op(timus) [pr]es(es)* CIL III 11743, *Flavia Solva*.

P. Cosinius Felix, cos. suff. a. ignoto (PIR² C 1529 sq.; RE IV 1672, n. 5; RE Suppl. I 331; RE Suppl. IX 23, n. 5). — C. a. 250. — [*leg.*] *Aug. p[r. pr.]*. CIL III 15208, *Lauriacum*.

C. Macrinus Decianus (PIR M 17; RE XIV 165 sq., n. 3). — Post a. 260. — *leg. Augg. pr. pr. prov. . . Norici* CIL VIII 2615 = D. 1194, *Lambaesis*.

Aelius Restutus (PIR² A 242; RE Suppl. IX 2, n. 122 a). — Non ante Gallienum. — *v(ir) p(erfectissimus) a(gens) v(ias) p(raesidis)*. Bormann, RLiÖ XI (1910): 150 sqq., *Lauriacum*.

M. Aurelius Marinus (PIR² A 1554; RE Suppl. IX 18 n. 163 a). — Non ante Gallienum. — *v. p.* Bormann, RLiÖ XI (1910): 152 sqq., *Lauriacum*.

[M. ?] Aurelius [Iu]lius (RE Suppl. IX 17, n. 155). — Ante vel post a. 276. — [*v. p.*] *a. v. p.* CIL III *259 = Saria, ÖJh. XLI (1954) Beibl. 89 sqq.

Inter praesides recipi non possunt:

Q. Herennius Silvius Maximus (PIR² H 131; RE VIII 780, n. 47).
— Sub. M. Aurelio ? — *legat. leg. II Italicae et alae Antoniniana* CIL IX 2213 = D. 1164, *Telesia*.

Ti. Claudius Candidus (PIR² C 823; RE III 2691 sq., n. 96). —
— Aetate Septimii Severi. — *dux terra marique adversus rebelles h(ostes) p(ublicos)*. . . *Noricae*, CIL II 4114 = D. 1140. *Tarraco*.

Linz / Donau.

G. Winkler.

Vesna Parun:

De reditu in arborem temporis

Vobis interrogantibus unde mihi audacia
quod ecce de integro solariter de amore cantem
cum eum in arca ex nigro carmine condidi
et in ala avium deposui.

Audite: ego semper mihi ipsi redeo
et res detecta spectat me in cortice omnium arborum
in quibus cultro recordationes incido.

Sed si arbor mortua
et nunc iam nuper carbo facta,
profunde in terram manus meas obruam
ut eam ut carbonem effodiam.

Post annos decem si rediero
ut saxum eum effodiam,
post centum aut plures annos si rediero
manus meas etiam profundius tendam et nihil inveniam.

Quia et saxum non ut saxum permanet.
Quia et saxum aliquo demigrat.
Pro itinere eius ne interrogaveritis
sed mihi canere et redire demittatis
in radicem mei carminis, profundissime mihi ipsi.

Zagreb.

Vertit: T. Smerdel.